

Dñica scda post trinita.

lieris. Sicut et christus est caput ecclesie. Et q̄ hanc vxorem ducit et finaliter cum ea perseue-
rat ad cenā inferni venire recusat. q̄ nullus qui
est in congregatione fidelium et in ea finaliter p̄
manet damnabitur in eternū. Nam pctōres non
sunt in ecclesia fidelium sed malignantium. Secū-
do per vxorem intelligitur sapiētia sanctorum.
Iuxta illud ps. cxxvij. Vxor tua sicut vitis abun-
dans. quasi diceret. Sapiētia sanctorum inēne
gratie humore ditatur. Et q̄ hanc vxorem ducit
versutias atq̄ fallacias diaboli apprehendit q̄
bus apprehensis ad cenam eius venire contem-
nit. quia sapiētiā hanc astutie diaboli nō su-
perant. Iuxta illud Isa. xj. Non mocebūt et nō
occident in vniuerso monte sancto meo. quia re-
pleta est terra scientia dñi. vbi per terram intel-
ligit homines de terra formatos. Audiēs ergo
diabolus sathanas q̄ hi triplices homines de
cena sua se excusarent. et ideo omnino veni-
re recusarent. irascit et mittit seruos suos ad vi-
cos et plateas vt introducant pauperes debiles
cecos et claudos. per plateas et vicos que clau-
duntur intelligitur synagoga iudeorum in q̄ sunt
pauperes defectū bone vtutis habētes. debiles
defectus bone operationis habentes. ceci in ve-
ra cognitione. Et claudi in vera intentione vel
ratione. et hos omnes introducit diabolus ad
suam cenam. quia hi clauduntur legalibus ob-
seruantijs que modo obseruātie dānant. Quia
nisi quis renatus fuerit ex aqua et spūscō nō po-
test intrare in regnum dei. Ioh. iij. et Mar. viij.
dixit dominus. Qui crediderit et baptizatus fu-
erit saluus erit. Qui vero non crediderit cōdem-
nabitur. Et licet omnes iudei sine baptismo de-
cedentes condemnent nec tamen demones in
eis contentantur. Sed dicunt ad principem su-
um. domine factum est vt imperasti. q̄si diceret.
multos de iudeis introducimus in cenā tuā. s̄z
ad huc est locus sc̄z p̄ gentilib⁹ et malis christia-
nis in inferno. quia infern⁹ est vnū de insatiabi-
libus que enumerat Salomon Proverb. xxx.
Tria sunt insatiabilia et quartū dicit nunq̄ suf-
ficit. Et subdit. infernus. id est. diabolus q̄ semp̄
ad se nititur trahere peccatores. Ideo dicit.
Eri in vias et sepes p̄ que intelliguntur gentiles
q̄si aggresses in vijs et sepibus sunt dispersi. et
hos compellunt intrare ad cenam infernalem.
quia non habent fidem sine qua impossibile est
placere deo. Ad Heb. xi. Ideo legitur q̄ quidā
decanus bone vite decessit et ep̄o suo cū magna
glozia apparuit qui quesuit ab eo quot anime
in hora mortis sue ex hac vita emigrassent. et
quot ex eis saluare. et quot p̄dite fuissent. respō-
dit q̄ triginta milia emigrassent ex quibus inq̄t
ego et beatus Bernardus et scholaris vn⁹ euo-

lauimus. et tres ad purgatoriū producte sunt
et relique omnes descenderunt in infernum. nec
de hoc mireris o homo quia tot sunt infideles i
mundo quot sunt arene in profundo qui omnes
damnantur nisi aliqui ad vnitatem ecclesie redi-
erint et se baptizari permiserint. quia extra vni-
tatem ecclesie nullus saluatur. Iuxta illud de
sum. trinit. et fide catho. c. firmiter. Vna est fide-
lium vniuersalis ecclesia extra quam null⁹ om-
nino saluatur. Et recte sicut omnes qui nō erāt
in arca perierunt. Sic omnes qui non sunt in
ecclesia sancta damnabuntur. Quid enim desi-
gnat arca nisi ecclesiam catholicam? quia sicut
arca erat tantum vna vnum habens guberna-
torem sicut Noe. Sic sancta ecclesia est tantum
vna cā. vi vna est columba mea perfecta mea
electa mea quam viderunt filie sion. id est. virtu-
tes angelice et beatissimam predicauerunt. et ha-
bet vnum rectorem videlicet christum summum
pontificē vt patz in extrauagāti Bonifacij octa-
uī que incipit. vnam sanctam ecclesiam. Ex tam
dictis patz. Sicut tem pore diluuij extra arcam
nihil seruabatur. ita extra ecclesiam nulla est sa-
lus. ideo nullus iudeorum vel gentilium saluā-
t. Si tot extra ecclesiam non saluantur quot tūc
de christianis damnantur. Quot enī sunt chri-
stiani qui in vijs p̄sentis dilectionis ambulāt
quos demones finaliter ad cenam suam ire cō-
pellunt vt domus diabolica impleatur.

De eadem dominica Sermo quartus.

Inga boum

quinq̄ emi et eo probare ea.
Luc. vbi supra Contigit mul-
totiens q̄ dñi terreni haben-

tes populos et subditos necessitate cōpulsī ven-
dunt populos et terrā alijs dominis se ditiori-
bus et hi sub suo dominio ad longum interdum
tempus vtuntur populo et terris quousq̄ succes-
sor ditior venit et terras cum populo veditos a
predecessore suo redemerit et super populum re-
sumperit principatum. Sic ad litteram factum
est de Adam quem constituit dominus domi-
num super omnem terram committendo ei besti-
arum volatiliū et piscium maris dominatum.
cum dixit sibi et suis sequacibus. Gen. i. Domi-
namini piscibus maris et volatilibus celī et vni-
uersis animantibus que sunt super terram et nō
solū fuisset dñs creaturū irrōnālū. sed etia3 ho-
minum quādiu stetit deo subiectus. ille autē3
nulla necessitate cōpulsus. sed libera voluntate

peccando vendidit non solum populum sed se cum populo diabolo ere peccatorum. de quo pot exponi illud ps. xliij. Vendidisti populum tuum sine precio. quia peccatum nihil est fm Aug. sup Ph. dicit sine precio. Et extunc primum diabolus cepit habere potestatem super omne gen^o humanum. Ideo dicit Ambr. de beata vita. Et habetur. xv. q. j. c. Non est. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet nisi se ei pri^o ere peccatorum vendiderit. Sic quia per longum temp^o diabolus tanq^{uam} diues sibi populum ere peccatorum venditum tenuit vsus est et possedit videlicet per quinq^{ue} milia et ducentos annos. quousq^{ue} venit christus diues in omnes in cuius domo sunt diuitie et glorie. fm ps. cxj. Et redemit populum venditum de manu demonis effusione proprii sanguinis in sua morte. Sicut de hoc dicit magister li. iij. sententiarum dist. xix. in principio. Nunc ergo queramus quomodo per mortem christi a diabolo et a pena et a peccato redempti sumus? A diabolo ergo et a peccato per christi mortem liberati sumus. quia vt ait apostol^{us} ad Roma. v. In sanguine ipsi^{us} iustificati sum^{us}. et in eo q^{uo} sumus iustificati a peccato soluti. et a diabolo liberati. qui nos vinculis peccatorum tenebat. ideo congrue possunt esse hec verba per themate allegata verba christi. Iuga bou^{um} emi quinq^{ue}. vbi per quinq^{ue} iuga bou^{um} intelligit vniuersitas hominum. q^{uo} fm beatum Augusti. i quolibet hoie duo et duo sensus cobinant^{ur}. Nam duo sunt oculi. due aures. et c. Ideo in predictis verbis duo dominus Iesus christus insinuat. p^{ri}mo redemptionem nostram preciosam. ibi. Iuga bou^{um} emi. secundo probationem suam studiosam. ibi. et eo probare ea. De primo est sciendum q^{uo} rex vel princeps terrenus habens dilectam sibi desponsatam et si illa ab alio rege raperet et vt ita dicam violaretur. Rex qui violentiam in sua dilecta passus eet. nec dumtaxat commoueretur erga raptorem illum. Sed pro liberatione ipsius se daret in mortem. et propriu^m effundere sineret sanguine. Sicut probat Dares frigus in li. iij. histo. troiana de Menelao rege grecorum. Qui Paris filius Priami regis troie. quodam tempore pergens per greciam de templo Veneris rapuit helenam vxorem pulcherrimam. et postea tenuit eam adulteram propter quod Menelaus inuocato auxilio fratris sui qui dicebatur Attrides cum machinis et alijs armis bellicis troiam circūdedit. seq^{ue} vsq^{ue} ad mortem pro dilecta sua dedit et troiam cepit. eamq^{ue} combussit. Et hanc historiam tangit Alexander in tertia parte. i. his metris. Urit amor Paris nupta rapit. Armat attridem ultimo pugnatur cum machina troia crematur. Spūaliter

per regem intelligitur et significatur deus omni potens. de quo Isa. xxiiij. Regem i decore suo videbunt. et Apo. xix. Rex regū et dñs dñantiū. hic rex et dñs dñantiū. habuit sponsam. videlicet animaz humanā quā dilexit ex ppetua charitate. Iuxta illud 1. iere. xxxi. In charitate ppetua dilexi te. ideo attraxi te miserās tui. Sed venit diabolus qui est rex sup omnes filios supbie. Job. xli. Et rapuit sponsam christi qñ adaz per pctm consensit. nam cum mulier seducta eet a diabolo et de pomo māducaisset. dedit viro vt similiter ederet. et ille noluit eam cōtristari quā credebatur sine suo solatio tabescere. et a se aliena tam omnino interire comedit de pomo. vt dicit magister li. iij. dist. xxij. c. v. Sicq^{ue} diabol^{us} tenuit pri^o christi dilectaz quasi adulterā. ita vt christus diceret sibi 1. iere. iij. fornicata es cum multis amatorib^{us} tuis. tñ reuere ad me et ego suscipiam te. S^{ed} q^{uo} anima hois est spūs vadēs liber a deo. et non rediens. videlicet de p se ad ipsum vt dicit ps. lxxvij. Q^{uo} de^{us} fact^{us} ē hō et se p dilecte sue liberatione vsq^{ue} in mortē dedit. sanguinem suum fudit. et dilectam suā redemit. de hoc dicit beatus Aug^{ustinus}. in li. de baptis. et allegatur a magistro li. iij. di. xix. c. j. nihil inquit inuenit diabolus in christo vt morerēt. Sed pro voluntate patris christ^{us} mori voluit. nō habēs mortis causam de pctō. S^{ed} de obediētia et iusticia mortem gustauit. per quā nos redemit de seruitute diaboli. Incideram^{us} enī in pncipem hui^{us} seculi qui seduxit Adam. et seruū fecit. cepitq^{ue} nos quasi vernaculos possidere. Sed venit redemptor et victus est deceptor. Et quid fecit redemptor captiuatoz n^{ost}ro^{rum}? retēdit ei muscululā crucē suā posuit ibi. qñ escā sanguinē suū fudit vt pctā n^{ost}ra deleret. Vn^{de} ergo diabolus tenuit nos delectum est sanguine redemptoris. Nō enī tenebat nos nisi vinculis pctōz n^{ost}ro^{rum}. Iste enī erant cathedre captiuoz. venit ille. s. xpūs alligauit fortem. i. diabolū vinculo passionis sue. itrauit in domū ei^{us}. i. i corda eoz vbi habitabat et vasa ei^{us}. s. nos rapuit que ille impleuerat amaritudine sua. i. pctis. de^{us} aut n^{ost}r vasa ei^{us} eripiens et sua faciens fudit amaritudinem et impleuit dulcedinem. s. gratiarū p mortē suā a pctis redimens et adoptionē largiēs. hec ille. Ecce qualiter christus nos emit oēs a diabolo sanguine suo p^{re}cioso. et hoc p^{re}dixit ps. cxxxix. Ipse redemit israel. g^{ratia} venditum peccato suo ex omnib^{us} tribulationibus suis. Quia scz apud eum est copiosa redēptio. Ideo dixit beat^{us} Paul^{us}. j. 4. tho. vj. Empti enim estis p^{re}cioso magno glorificate et portate deum in cordibus vestris. et beatus Petrus. j. pet. j. Scientes quoniam non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra

Dñica scda post trinita.

conuersatione paterne traditionis. sed precio-
Lso sanguine agni immaculati **I**esu christi. **S**ed
diceret. qre noluit nos aliter redimere nisi san-
guinis sui effusione. **A**d hoc dicitur quando to-
tum corpus est infirmum. tunc corpus sanet
incidit brachiū. quia vt dicunt medici. in bra-
chio fit minutio sanguinis. p. toti⁹ sanitate cor-
poris. **N**ā in toto corpore humani generis nō fuit
pars aliqua tota sana. **I**uxta illud ps. xxxv. **N**on
est sanitas in carne mea nisi in brachio. id
est. in christo. de quo **isa. xxxiii.** **S**to brachiu
nostrū in mane et salus nostra in tpe tribulatio-
nis. **I**deo in isto brachio facta est minutio toti⁹
corporis in scissa sanitate. **E**t sicut brachiū qd de-
bet minui debet pri⁹ calefieri. **S**ic istud brachi-
um fuit per motum quidem certi itineris. xxxiii
annorum in quo spatio legimus fatigatū **Job.**
iii. **I**esus fatigatus ex itinere sedebat supra fō-
tem. **P**er ignem vero calefactum quando immi-
nente tempore passionis circūdederunt eum iu-
dei faxibus et lucernis et ligatum fuit brachium
Sed in lanceatione fuit valde profunde percus-
sum et in flagellatione. sed habuit valde malum
potū in sua minutione. **D**icitur enī in ps. lxxv. **D**ederunt
in escam meam fel. et in siti mea pota-
uerunt me aceto. datur etiam potus homini mi-
nuto vt sanguis fortiter exeat. **S**ic et christo da-
tus fuit potus vt sanguis eius omnis exiret vt
nobis medela salutis foret. **I**deo dicit **Augusti-**
nus. Effusus est sanguis medici et factus est me-
dicamentum frenetici. **E**t ps. lxxv. **R**edemisti
in brachio tuo populum tuum filios **Jacob.** et
Ioseph. vbi per **Jacob** intelligitur iudeos. per
Ioseph gentiles electos qui ante conuersionez
velut boues arabant in terra cupiditatis quos
redemit quo ad efficaciam. quia omnes christia-
ni vel fuerunt ex gentilibus vel ex iudeis. **I**los
autem qui non credunt redemit quantū ad suffi-
cientiam. **I**deo dicit **Bern.** **I**uga boū emī qnq;
Quantum ad secundum insinuat probationem
suam studiosam cum dicit. et eo probare ea.
D **A**irca quod notandum q quilibet electus pro-
batur a christo quadrupliciter. vt dicit **holcot**
super li. sap. c. xxxij. super illo verbo tanq aurū
in fornace probauit electos suos domin⁹ **Sap.**
tij. probat eos primo sicut probatur cleric⁹ ante
promotionem. nā omnes clerici ordinandi sunt
diligenter examinandi cum ordinatoz non licet
malos ministros habere. extra d. etate et quali.
ordinan. **Q**um sit ars artium. **E**t principaliter
examinantur an sint digni vt habetur extra de
scruti. in oz. fa. ex pte tua. ait **Innocentius ter-**
tius. **Q**um aliquem in diaconum vel presbyter
promouemus prioz diaconorum. id est. archidi-
aconus qui nobis assistit dicit. postulat sancta

mater ecclesia hunc diaconum vel subdiaconū
ad onus presbyteratus assumi et nobis interro-
gantibus. **S**i eum cognouerit esse dignum. re-
spondet. q quantum fragilitas humana nosse
finit et scit testificatur illum ad huiusmodi on⁹
officij esse dignum. **S**ed ad hanc dignitatem vt
dicit **apls. j. Timo. iij.** requiritur q cleric⁹ aut
sacerdos sit irreprehensibilis. sobrius. prudēs
pudicus. ornat⁹. hospitalis. nō litigiosus. neq;
cupidus. **S**piritualiter omnes sumus promo-
uendi ad ordines. quia omnes erimus in futu-
ro sacerdotes. **I**uxta illud **Apoē. v.** **F**ecisti nos
deo nostro regnuz. id est. regni eius participes
et sacerdotes. id est. hostias laudis deo offeren-
tes et regnabimus super terram. id est. in celo.
sic exponit **Lira.** **E**t quia erimus ibi omnes sa-
cerdotes. hostias laudis deo offerentes. idcir-
co probat nos christus an sum⁹ digni quia nul-
lus indignus ibi admittetur. **S**ed tunc quilibet
erit dignus cum fuerit irreprehensibilis videli-
cet sine crimine. sobrius. prudens. et. et princi-
paliter misericors. et hospitalis. **N**am christus
nos pmoniet de quib⁹ nos pbare vel examina-
re velit. **M**agn⁹ enim fauor fieret clerico si pos-
sit pmoniri de quo passus vel qua materia debe-
ret examinari. quia tunc posset sibi prouidere.
iste fauor sit nobis. **O**rdines enim generales fi-
ent in die iudicij quando iuxta merita nostra ad
ordines angelorum recipiemur prospere. **E**t di-
cetur in generali omnibus illud. **j. Pet. ij.** **V**os
estis genus electum. regale sacerdotiu. popul⁹
acquisitionis. gens sancta. **S**ed in spali dicit
vnicuiq; illud. **Tu es sacerdos in eternum fm**
ordinem melchisedech. **E**t modo sumus promo-
niti de quibus examinabimur. et certe non de
difficilibus. **S**ed de cōmunib⁹ scz de donato. et
partibus nostris. id est. de operibus nostris. si-
cut patet **Matth. xxv.** **M**uriui et dedistis mihi
manducare. et. et totum est de donato. **I**li qui
inueniuntur nesciuisse de donato deficient de or-
dinib⁹ et depellentur sicut laici. et ponentur illuc
vbi est ymbra mortis. et null⁹ ordo. **Pb. x.** **Q**uā
dicetur illis. **I**te maledicti in ignem eternum.
Sed boni et recti qui bene responderunt de cor-
de securi erunt. **I**uxta illud **Job. iij.** hoc habet
pro certo omnis homo qui colit te. quia vita ei⁹
si in probatione fuerit coronabitur. **E**t **Iac. j. c.**
Beatissimus vir qui suffert tem. quia cum p. f. ac co.
vite. **S**ecundo. pbat christus electos suos. **S**i
cut probatur nouicius ante pbationē et cōfessio-
nem. vñ tps nouiciat⁹ ē temp⁹ pbatiōis nre. li-
cet enī nouic⁹ gerit iterdū habitū pfessor⁹ tñ in
volūtate sua ē p̄icere habitū ifra tps pbatiōis
quēcuq; sibi placuerit. et ideo nō hz habitū ifepa-
bile. **M**oralr habit⁹ et ornat⁹ aie ē gratia p̄is

vita est nouiciatus et tempus probationis in quo dicitur nobis. Roma. xij. Renouamini in nouitate sensus vestri ut probetis que sit voluntas dei bona. licet enim in hoc tempore geramus habitum professorum. id est bonorum que est gratia consummata. tamen non sumus perfecti. Sed habitum possumus percipere per peccatum mortale quod placet. Ex his iam dictis soluitur questio qua queritur. utrum charitas semel habita possit amitti. Et habet quod sic. nam quibuscumque modis charitas perfecta sit. in hac vita potest amitti. Sed illa que habetur in patria est perfectissima que cum semel fuerit habita amitti non potest. ut de pe. di. ij. Charitas est. Est tamen notandum quod nouitij interdum probantur aut examinantur generaliter de quinque. scilicet an sint seruilis conditionis. an sint alterius professionis. an mulieri coniugati. an rationibus obligati. an occultam habeant infirmitatem. Si vero aliquem istorum habuerint defectum et sciat a professione propellitur. Primo querit an sit seruilis conditionis. quia nullus seruus siue pignatus siue ecclesie ordinari debet nisi prius manu mittat. ut. liij. di. c. ij. et. liij. Et ratio est quia seruilis uilitas atque clericalis dignitas. ut. liij. di. non equiparant. extra de ser. non or. de seruorum. in fine. Et hoc intellige verum in omni genere seruorum siue sint ascripticii siue origenarii. Sed moraliter significatur per hoc quod deus probat omnes quos assumit ad suam professionem an sit seruilis conditio. id est an sit totus datus mundi seruitijs per diuitijs et honoribus consequendis in hac vita. et si sic non admittit eum ad professionem. quia nemo potest duobus dominis seruire. Matth. xj. Unde legitur quod pharisaeus quidam noluit assurgere adueniente principe alijs eum honorantibus et assurgentibus. Et ratione reddidit. seruit enim seruo meo. quia ego contemno mundum et mundus mihi seruit et ipse seruit ei. quare non assurgo. iste non fuit seruilis conditionis. sed valde nobilis. Secundo querit a nouicio an sit alterius professionis. quod dicit sanctus Thom. ij. q. vi. Transire de una religione ad aliam nisi propter magnam necessitatem vel utilitatem non est laudabile. tum quia ex hoc plerumque scandalizatur illi qui reliquuntur. tum quia etiam facilius perficit aliquis in religione quam consuevit ceteris paribus. Unde in collatione patrum abbas nestorius dicit. Unicuique utile est quod secundum propositum quod elegit summo studio ac diligentia ad operis inceptum perfectionem peruenire festinet. et nequaquam a sua quam semel elegit professione discedat. ideo requiritur nouitius an sit alterius professionis. Sed in hoc moraliter denotatur quod ille qui est radicatus et habitatus aliquo consuetudine viuendo in peccatis ipse quasi alterius professionis teneat sibi quod licet recipi possit a christo. tamen cum magna difficultate

Tertio requiritur an sit mulieri coniugatus. quia vir continentiam vouere non potest inuita uxore nec econuerso. Nam dicit Aug. sup. ps. lxxvj. Si dicat vir continere iam volo. nolit autem uxor non potest. Quid enim tu vis illa non vult nunquid per continentiam tuam. illa fieri debet fornicaria. Si alij nupserit. te uino adultera est. non vult tali lucro deus tale damnum recompensari. redde debitum. et si non exiges. redde per sanctificationem perfecta tibi computabit deus. Si non quod tibi debetur exiges. sed reddes quod debes uxori. Sed moraliter intellige quod christus probat se et examinat omnem quem ad suam professionem recipit. an sit operibus carnis deditus. et si sic eum non recipit. quia talis non peruenit ad eum perfecta voluntate. quia Luc. xliij. dicit. Uxorem duxi et ideo non possum venire. Quarto queritur a nouicio. an sit rationibus obligatus. quia obligati reipublice. non sunt in religiones recipiendi. liij. di. c. j. Et si obligati sunt ad rationem in prauorum honestus est quod prius de rationibus se expediat. et. Moraliter quilibet homo tenetur ad computum et restitutionem. si fuerit usurarius et de pecunia usuraria sit deditus. et non vult restituere christus non curat de eo. quia ipse est rationibus obligatus. Sed cui usura est restituenda. respondet hosti. generaliter debet reddere ei a quo quis extorsit vel heredit ei. Et si non inueniretur pauperibus est eroganda. extra de usuris. cum tu. Quod si absens est eo quod usurarius transtulit se ad locum alium tenetur ei mittere suis proprijs expensis. Quod si ille qui debeat recipere ab usurario vel heres transtulit se ibi tunc mittit ei sumptibus illius cui mittit. nisi expensis excederent totam summam. tunc enim debet pauperibus erogare. ij. q. v. Anteriorum. et extra de iudeis. Quam sit. et. Si clericus simoniae intrauit ecclesiam. occupauit bona per amicos. et non est paratus resignare et restituere. Iste est obligatus ad rationem. et christus eum ad professionem donec persoluerit non permittit. quia tenetur renunciare beneficio. et restituere omnes fructus perceptos. et qui percipi potuissent. xliij. q. vj. Si res. de resti. spolia. Grauis. nisi illos fructus expendisset in utilitatem ecclesie. Item si spoliasset pauperem per potentiam vel falsum iudicium vel testimonium perhibitum contra eum. et non fecisset restitutionem. tu es obligatus ad rationem. et te christus ad suam professionem non admittit. quia peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum. ut dicit regula iuris. li. vj. Et de his omnibus dicit ps. cxliij. Declinantes autem in obligationes. adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Quinto requiritur si habeat aliquam occultam infirmitatem

Dñica tertia post trinita.

Sic et christus pbat quemlibet et querit ab eo. si comisit aliquod peccatum vile. de quo non est confessus et illud celat et occultat infirmitatem spirituales. et sic eum non admittit nisi curetur idcirco obmissis et exclusis istis impedimentis. unusquisque curet se. probabilem nouiciū se exhibere. ne a pessione dei confusibiliter reprobetur. Juxta illud. ij. Timo. ij. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere deo operarium in confusibilem. recte tractando verbum veritatis. Et qui falsus inuentus fuerit faciet suam pessionem finali iudicio terminato. dicens illud Deut. xxvj. Profitetur hodie coram domino deo quod ingressus sum in terram. per qua iurabit patribus nostris.

Tertio probat de homines quos emit sanguine suo precioso sicut pbatur baccalari^o aī magistrationem. Iste enim antequā incipit magistrum pbatur tribus modis. videlicet in legendo. opponendo. et respondendo. habet enim necesse legere cursorie aliquid vñū volumē sue facultatis ad minus. Sic et nos primo debemus legere ante professionem volumen consciētie nostre. Solidus est scholaris et clericus qui nescit legere scripturam suam et opus suum. Sic fatu^o censendus est homo qui nescit in libro consciētie sue legere scripturam peccatorum suorum et opus suum malum. ideo dicit apostolus ad Gal. vi. Opus autem suum unusquisque probet. et sic in semetipso habebit gloriam. Secundo debemus opponere et arguere per iustam correctionem proximorum et pncipaliter ad prelatos pertinet et in casu ad omnes. Iuxta illud Matth. xvij. Si peccauerit in te frater tuus. vade corripe eū inter teipsum. sed cuilibet dicitur Sap. i. Probata virtus corripit insipientes. Tercio debemus respondere per gratiarum actionem. Iuxta illud Thessal. v. In omnibus gratias agite. et qui hoc compleuerit dignus est gradu magistrali. exemplo Thobie qui in se fortiter et denote conpleuit peccata sua confitendo. vixorem corrigendo. et deo pro cecitatis flagello gratias agendo. Et ideo sibi dictum est quia acceptus eras deo necesse fuit ut temptatio probaret te.

Quarto pbat christus redemptos sicut pbatur denarius diligenter ante solutionem quantitatem pondus et imaginem pensat. Et si in aliquo loco defecerit non est moneta regalis. nec recipienda. Moraliter quantitas est equitas. pondus est charitas imago est veritas. Equitas ad proximum. charitas ad deum. veritas autem ad seipsum. Unusquisque a deo accipit denarium mutuo. i. aīam rationalem habentem imaginem regis. et in die mortis est tempus solutionis. tunc oportet denarium redere et christo offerre. Juxta illud quod dicit an-

gelis Matth. xxij. Afferte mihi denarium. Et certe nisi hec tria predicta. scilicet quantitatem. pondus et imaginem. in eo inuenerit reprobat. Juxta illud Hiere. vi. Argentum reprobum vocate eos quia dominus proiecit eos. Si vero illa habuerit dicit christus illud Gen. xliij. Pecuniā quā dedi- stis mihi habeo pbata. Et tunc verificabitur de nostro denario illud ps. xj. Argentum igne scilicet charitatis examinatum. pbatum terre. i. terra nihil habens terrene cupiditatis. purgatum septuplum. i. a septem peccatis capitalibus vitis que sunt radices vniuerse iniquitatis. Tale argentum concedat nobis sancta trinitas pater et filius et spiritus sanctus amen.

Dñica tertia post trinitatis. Sermo. i.

Sobrii estote et vigilate. Ita scribitur i. Pet. v. dicunt naturales. Rex est piscis adeo magnus quod vix eū possunt equi. x. portare. Et iste piscis delectatur in vino quod si multum bibit ex hoc lenescit. ideo prudentes pisces tores qui hoc sciunt cum ceperint ipsum dāt ei vinum bibere et sic intm bibit quod inebriatur et a paucis deinceps batulatur. Moraliter per pisces significantur generaliter homines. Juxta illud Matth. xij. Simile est regnū celorum sage ne misse in mari. Ex omni genere piscium cōgregati. vbi per mare intelligit pns seculum ppter multa pericula. Sed per omnia genera piscium intelligit bonos et malos. diuites et pauperes. Sed tamen spiritualiter per hunc piscem qui dicitur Rex. et qui est magnus intelliguntur boni et magni homines in virtutibus. qui adeo magni et firmi sunt in suo bono pposito. quod multi equi id est. demones quorum quilibet dicitur fallax equus ad salutē. Em ps. xxxij. Non pnt eos falsis deceptionibus ducere et portare ad peccatū. Sed cum biberint vinum et inebriati fuerint adeo lenes fiunt ut eo facilius sentiunt in omne malum. Exemplū patet et figura in 1oth Gen. xix. Qui adeo magnus fuit in virtutibus vel virtute hospitalitatis. quod omnes peregrinos recepit et intm fuit castus quod inter sodomitas mansit continens et pudicus. Illum quem sodomani non viciit vna vicerunt. Nam filie ipsius eam vino inebriauerunt dicentes vna ad alteram. pater noster senex est. quasi dicerēt. Aito deficiet ei vltus generandi. et nullus viroꝝ mansit in terra. qui possit ingredi ad nos. Credebāt enim ut dicit glo. Sicut per diluuiū oēs mortui fuerant ita et intendit. ideo habuerunt piam intentionem scilicet conseruationē generis hu-